

H

scilicet pro futura copendiis anxio timore seruare. tam quo auaritie studia et desideria egerendi inani quoda uoluptate pascuntur. quod consolatione uite presentis habuerit remuneracione perpetue perdidit. Possunt hic tam diuine intellegere ipsam iudeos. ut hereticos. ut certe mundi philosophos. quod ubi ubique et quoda ambitiose facundie patrimonio delectati. simplicitate uere fidei supgressi. thesauros inuiles ediderit. Nonne tamen uidetur hereticus aliquis eum audis eum de generatione domini iuxta usum sibi disputante. diues in uerbis. pauper in uerbis. Quod putat se in hoc tempore locupletem habere diuitias. sed in futuro egestatem sue fidei recognoscet. cibumque perfidie que presentis gratie reuelauerit. quanto fidei commaculatus ieiunio causa tanti sciet esse supplicium. eruntque tempus ut risu suos lugeant quod dicta nostra non vident. quod bene dicitur.

Uerget uobis cum benedixerint uobis omnes homines. Nonne tamen uidetur his dicere quod dudum marimnensi concilio perfide peruariacionis auctores. cum impatoris gratiam secuntur. di gratiam perdidit. quod eum placere potentibus aucupantur. maledicto se perpetuo subdidere. Ergo sicut matheus promissum ad uirtutem et fide ipsos per uocauit. hic et criminibus atque peccatis futurorum suppliciorum denuntiatione detruit. Quod non ociose plurimorum factorum ecclesiarum enumeratione progressus ad benedictionum locum serius uenit. ut ipsos diuinorum miraculis roboratos. ultra legis tramitem uirtutum per gredi uestigium edoceret. fuerit cauendum illic ubi adhuc infirmorum plebis corda nutabant. hic tuba clangore exercenda uirtus fuit. Docet hoc libri huius quod in penultimis et in processu sermonis apertio oratio. Illic quod infirmi sunt adhuc quoda legis lacte potantur. et ideo per legis tramitem ducunt ad gratiam. audiunt quod legis sunt. ut ultra legem legem sequendo procedant. hic ecclesia fundatur non lacte imbuitur. sed cibo uesertur. Cibus enim ualidior est carnalis. Denique inter tria maxima. fide. spem. carnalem. maior est carni